

quammaximè efferebatur. Jesuita, Hornius subdit, omnium spem everfuri, illud à Turcis impetrarunt, ut sepulchro; & viis omnibus eò ferentibus oclufis, ne quis se illuc conferret, capitis poenà interdiceretur. Quamobrem Damasci Praefectus Morat Sanjaco Jerusalem, & Sarepta imperavit, ut antrum, & ad illud aditum omnem intercluderet. Jesuitarum verò mens ea fuerat, ut corpus Moyfis subreptum in Europam ipsi tranfveherent. Quibusdam itaque montis Libani Drufis assumptis, ad antrum clam profecti, recluso sepulchro nil invenere. Cum nihilominus ipsius sepulchri quidquam asportare conarentur, Jerusalem Sanjacus re cognitâ, milites misit, qui darius inerepatos à ceopto opere prohibuerunt; faxisque ingentibus eò devolutis, viam omnibus omnino imperviam reddidere. Quæ quidem maximam Bizantio turbationem creaverunt: verum inter Sapientes quid de eo sepulchro cogitandum, non conveniebat; donec Judæus quidam filius Gad, Sareptæ incola, Jechonias nomine Librum edidit, quo inventum loculum non Moyfis Hebræorum Legislatoris, sed alterius longè junioris Moyfis sepulchrum esse ostendit. Tum de invento Moyfis sepulchro spes omnis evanuit.

Hæc Hornius, quæ plurimis sanè difficultatibus obvolvuntur. 1. Jechoniam filium Gad Sareptæ incolam, qui inventum Sepulchrum Moyfis non esse scripsit, nunquam extitisse putamus (g). 2. Maronitarum Patriarcha anni 1655. non Mataxat, sed Joannes vocabatur; cui anno 1657. Georgius Beschebel successit. 3. Damasci Praefectus, qui eam Provinciam gerebat, Befchis non Morat appellabatur; qui deinde summus Vifrius constitutus, Damasci regimine in filium suum Maimed collato, quadraginta post novam dignitatem diebus præfocatus interiit. 4. Arduum nimis

q Bartoloc. tom. 3. p. 930. Basnag. Continuât. Hiflor. Judæor. tom. 4. l. 6. cap. 17. edit. Paris.

IN PRIMAM S. PETRI EPISTOLAM PROLEGOMENON.

Petrus, alio nomine Simon, Joannis sive Jonæ filius, Bethsaidâ, seu Juliadæ, Galilææ urbe, ultra Jordanem, propè ejusdem fluminis fauces ad Lacum Genezareth sita oriundus, & S. Andreæ germanus, à quo ad Jesu Christi sequelam invitatus est (a). Hædes habebat in Capharnaum, ubi cum uxore morabatur (b). Unâ cum fratre Andreâ tum piscationi incumbebat, cum à Christo vocatus est ad Apo-

a Joan. 1. 42. b Matth. 8. 14. Luc. 4. 38.

& incredibile, quod Pastores Libani usque ad montem Nebo, leucis septuaginta distum ad pascua greges suos agerent. Neque illud similius vero, quod capellæ trium dierum itinere à græde secederent, & ad Pastores suos deinde revertentur. Cæterâ demum hujus historiae circumstantiâ fabellam undique præferunt; quare & hanc inter ea numeramus, quæ ab Judæis in Moyfis Pethirath recensentur.

Illud verò de Moyse certò scimus, quod non morbo, aut senio confectus sit, in mortis enim articulo nec oculi ejus caligaverant, nec moti fuerant dentes (r), sed Domino jubente interierit; & quod ad calcem montis Nebo, seu Phasga sepulturæ traditus fuerit; quamvis an Eleazar & Josue eundem tumulaverint, an verò Deo mandante per se ipsum Moyfes in loco, ubi deceffit, sese composuerit, ignoramus. Scimus præterea, S. Michaelem cum Dæmone de Moyfis corpore disceptasse; quo in discrimine S. Michael gravioribus verbis Dæmonem minimè excepit, enunciaffe contentus: Imperet tibi Dominus. Hujus verò disceptationis circumstantiæ latent; quæ quidem sensibili modo instituta non sunt, S. Michael, Deo sic imperante, mediis homini ignotis, & sup Dæmonisque naturæ accommodatis, eundem prohibuit, ne Moyfis sepulchrum Judæis proderet, eoque ad idololatriam facillè impelleret.

Locum denique, quem S. Judas producit, ab apocrypho Libro, de Moyfis Assumptione inscripto, longè alio ab utrisque, quos Gaulminus Parisiis 1629. edidit, & Pethirath Mose appellavit, S. Apostolus, juxta Patres, exhaustit. Ipsum verò Librum de Moyfis Assumptione, à nobis omnino deperditum, ante Christi adventum, eodem fabularum gustu, quo uterque Pethirath post Templum à Romanis eversum, Græcè conscriptum arbitramur.

Deuter. 34. 7.

Deuter. 34. 7.

c Luc. 5. 8.

d Luc. 9. 28.

e Matth. 17. 1.

f Matth. 16. 18.

f Marc. 16. 7.

g Joan. 21. 15.

h Act. 2. 14.

i Act. 4. 1. Græc.

k Act. 8. 1. Græc.

l Act. 10. 9.

m Act. 10. 47.

n Hieron. in Gal. 2. Chryf. tom. 5. hom. 12. Vide Const. tit. tom. 2. pag. 269. & tom. 5.

o Euseb. 1. 3. c. 1. Hier. de Viris illust. c. 1. Leo Magn. ser. 8.

p Act. 12. 1. Græc.

ris argumenta ei præstitit (f), & supremam Dignitatem non modò non admittit, verum etiam de suo amore ter postulat suæ Ecclesiæ visibile caput expressè constituit (g): Simon Joannis diligis me plus his? à quo cum totidem se ab eodem enixè diligi accepisset, Pasce, ei subdidit, agnos meos, pasce oves meas.

Post S. Spiritus in Apostolos & Fideles omnes unâ congregatos illapsus, Petrus utpotè sacri cœtus caput in Templum se conferens, Spiritu Sancto ita plenam ad populum concionem habuit, ut hominum tria millia ad Fidem statim adduxerit (h). Aliquot post diebus, cum in Templo ad populum adhuc loqueretur, Sacerdotum & Saducæorum jussu captus, carceri adductus est (i), quin tamen vel ardorem fidei remiserit, vel animo defecerit. Coram Magistratibus Patribus, & Sacerdotum Principibus deinde accitus, intrepidè de Jesu Christo ad eos dixit, & Deo magis quam hominibus obtemperandum professus est.

In singulis Petri gestis hic recensendis non immoror, præcipua tantum attingo, ut ad eam, qua hæc scripta est Epistola, ætatem legentes deducam. S. Stephano per martyrium absumpto, Fideles omnes, præter Apostolos, Jerusalem profugi, dispersi sunt in diversâ (k). Eâ occasione S. Philippus Diaconus Evangelium Samaritanam invexit, quò & S. Petrus se contulit, ut baptismi initiatis Spiritum Sanctum conferret (l). Quam Spiritum S. confertenti virtutem Simonem Magum oblato pretio comparare sibi tentantem, S. Petrus à Christi Ecclesiâ rejecit.

Aliquando post & Gentibus ad Fidem & Evangelium velle aditum patenti, cœlesti visione Deus Petro Joppe versanti ostendit, in qua cum Apostolus linteum reptilibus plenum coram se à Cælo demitti spectasset, jussus est occidere, & manducare. Baptismo Cornelium abluit (m), neque amplius ab Ethnicorum consuetudine duxit abstinendum. Antiochiam paulò post profectus (n), primam ibi sedem constituit. Anno circiter Christi 37. Jerusalem reversus, Paulum, qui ad se eò inviscendum venerat, comiter excepit: ubi quindecim diebus mutuâ consuetudine exactis, Paulum dimisit, qui præter Petrum, & Jacobum Fratrem Domini, Apostolorum neminem vidit, quòd cæteri ad Evangelium enunciandum sese aliò contulissent.

Nil in posterum de S. Petro apud S. Lucam usque ad ejus carcerem, cui anno Christi 44. addictus fuit. Cui temporis intervallo nempe ab A. 37. usque ad 44. deputamus ea qua in Ecclesiastica Historia de ipso leguntur (o). Provincias scilicet Asiæ, Bithyniæ, Cappadociæ, Galatiæ, & Pontu excurrisse. Romam deinde, ut suam ibi sedem erigeret, profectus, hanc primam inde Epistolam dedit; cum verò pluriès Romam cum migrasse putemus, an ante annum 44. quò certò Jerusalem ad Pascha lem solemnitatem profectus ab Herode Agrippâ coniectus est in carcerem (p); an verò postquam secundo Romam vene-

rat, eam scripserit Epistolam, ignoramus. Illud sanè constat, 1. Quòd Christi Discipuli tunc in Provinciis Christianorum nomine, appellabantur (q); quo quidem nomine, juxta S. Lucam (r), nonnisi anno Christi 43. Antiochiæ Discipuli cepti sunt appellari. 2. S. Marcus unâ cum S. Petro tum Romæ versabatur, neque in Ægyptum adhuc migraverat, quò nonnisi circa annum 49. perrexisse arbitramur. 3. Asiæ, Bithyniæ, Galatiæ, & Ponti Ecclesiæ, ad quas Petrus scribebat, jam satis excreverant, & ab Judæis incredulis & à Gentibus plurima perferebant (s). 4. Petrus demum in hac Epistolâ diem Domini proximam prænuñciat (t), quo quidem proximam Jerusalem everfionem designare videtur. Quamobrem nil certius decernentes, inter Christi annum 45. & 50. hæc Epistolam collocamus.

Cum Petrus Hebræorum, sicuti Paulus Gentium, Apostolus esset, ad Hebræos potissimum ad Fidem genitos suam Epistolam dirigit. Quòd quidem juxta S. Agustinum (u), aliosque Interpretes (x), non prohibet, quominus & Gentium Fideles Judæis immixtos alloqueretur. Quædam præterea ibi occurrunt, quæ nonnisi Ethnicos ad Fidem adductos afficere videbantur; cum v. g. ii, ad quos Petrus scribit, ante conversionem flagitiis, & idololatriæ dediti memorantur (y); aut Christum, quem non viderant, diligere dicuntur &c. Nos verò cum aliis plurimis (z) nihil in eadem Epistolâ deprehendi posse putamus, quod de Judæis jam Christo addictis tantummodo explicari non valeat.

Illud sibi potissimum Apostolus proposuerat, ut Fideles, ad quos scribebat, in Fide confirmaret, iisque ad perferendas persecutiones animos adjungeret, unaque se cum Paulo & de doctrinâ, & de Simonis, & Nicolaitarum, qui Fidem sine operibus ad salutem sufficere dicebant, erroribus refutandis, omnino coherere ostenderet. Quamobrem ut probis operibus incumbant, & à Christi Fide nunquam deficiant, enixè hortatur; de eorum Vocationis felicitate, & de bonis, quæ per baptismum consequuti sunt, sæpè meminit; Superioribus Ecclesiasticis, conjugibus, & famulis præclara monita impertit; Principibus denique à Deo constitutis obedientiam commendat.

Varie in eâ Epistolâ similitudines, & phrasæ occurrunt, quæ ad eas, quas Paulus affert, prorsus accedunt: de Jesu Christi v. g. prædestinatione; de ejus mortis fructibus; de Baptismate; eadem quoque ad Episcopos, & Conjuges monita eadem ad perferenda adversa, & ad obtemperandum Principibus & Magistratibus cohortationes advertuntur. Eam & gravitate & eloquentiâ & fidei ardore, & Apostolorum Principe dignam Grotius appellat (a). Erasmus verò & Estius (b), Apostolicâ Majestate plenam, & plurimis in pauca verba congestis sententiis undique refertam testantur.

Hanc primam Epistolam Hebræicè à S. Petro scriptam, Græcè verò à S. Marco ver-

q 1. Petr. 4. 16.

r Act. 11. 26.

s 1. Petr. 1. 6.

7. & 2. 20.

t 1. Petr. 4. 12.

u Aug. in Psal. 146. & in Faust. l. 22. c. 89.

x Vide Est. Præfat. D. Thom. Bedam, Glossam, Lyran. &c. Theodoret. Præfat. apud Mill. p. 552.

y 1. Petr. 2. 10. & 4. 3.

z Euseb. 1. 3. Hiflor. Eccl. c. 4. Hieron. Catalog. Scripturam Eccl. Didym. Occumen. Cajet. P. Titelman. Canus l. 2. de locis. Alii plures.

a Grot. Præfat. in hanc Ep. Epistolâ valdè conveniens Principi Apostolorum.

b Erasmi. Est. Præfat. in Ep. 1. Petr. Est autem epistolâ profectò digna Apostolorum Principe plena authoritatis, & majestatis Apostolicæ; verbis parca, sententiis referata.